

A. memorauit ea quæ ad bonos mores pertinent, si etiā his non seruatis ad vitam veniri potest per solam fidem, quæ sine operibus mortua est. Illud deinde quo modo verum erit, quod eis quos ad finistram positus est, dicet. Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius: nec increpat quia in eum non crediderunt, sed quia bona opera non fecerunt. Nam profecto ne sibi quisquam de fide, quæ sine operibus mortua est, promittat æternam vitam: propter omnes gentes segregatum se dixit, quæ permixta eisdem pascuis vtebantur, ut appareat eos illi dicturos. Domine, quando te vidimus illa & illa patientem, & non ministravimus tibi qui in eum crediderunt, sed bona operari non curaverant, tanquam de ipsa fide mortua ad vitam perueniretur æternam. At forte ibunt in ignem æternum, qui opera misericordiæ non fecerunt: & non ibunt qui aliena rapuerunt, vel corrumperendo in se templum dei, in seipso immisericordes fuerunt: quasi opera misericordiæ pro sint aliquid sine dilectione, dicente Apostolo, Si distribui omnia mea pauperibus, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest? Aut diligat quisquam proximum sicut seipsum, qui non diligit seipsum? Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam. Neque illud dicit hic poterit, in quo nonnulli seipso seducunt, ignem æternum dictū nō ipsam combustionem æternam. Per ignem quippe qui æternus erit, transiitros arbitrantur eos, quibus propter fidem mortuam per ignem promittunt salutem: vt videlicet ipse ignis æternus sit, combustionè verò eorum, hoc est operatio ignis non sit in eos eternum & hoc prævidens dominus, lalentiam suam concluisti ita dicens. Sic ibunt illi in combustionem æternam, iusti autem in vitam æternam. Erit ergo æterna combustio sicut ignis, & eos in illam ituros veritas dicit, quorum non fide, sed bona opera deful se declarauit. Si ergo hæc omnia, & cætera quæ innumerabilia per omnes scripturas sine ambiguitate dicta reperiuntur possunt, falsa erunt: poterit verus esse ille intellectus de lignis & fœno & stipula, quod hi salvi erunt per ignem, qui solam in Christum fidem tenentes bona opera neglexerunt. Si autem ista & vera & clara sunt, proculdubio in illa Apostoli sententia alius requiriens est intellectus: atque in his deputata est, quæ Petrus dicit esse in scriptis eius quædam difficultas intellectu: quæ non debent homines perirent ad proprium suum interitus, ut contra eum dentissima testimonia scripturarum securos faciant de percipienda salute nequissimos, nequitiae sue per tinacissime coherētes, nec emendando aut penitēdo mutatos.

C. Interp̄tatio loci Paulini
1. Cor. 12.
Ca. XVI.

Hic à me fortasse querat de ipsa Pauli Apostoli sententia quid legentiam, & quoniam modo intelligendam putem. Fatoe hic m' malle audire intelligentiores atque doctiores, quicuscumque eam explicant, vt illa omnia vera & inconcilia permaneant, quæ supra cōmemorauit, & quecumq; alia nō cōmemorauit: q; aptissime scriptura testat, nihil p̄delle fide, nisi ea quæ definitus Ap̄l. id est quæ p̄ dilectionē operatur: sine operibus autem saluare non posse, neque p̄ter ignem, neque per ignem: qui si per ignem saluat ipsa v̄tique saluat. Ab solute autem dictum est & aper te, Quid prodest si dicat quis fide se habere, opera autem non habeat, nūquid poterit fides saluare eū? Dicam tamen quām brevissime potero etiam ipse quid sentiam de illa Apostoli sententia ad intelligendum difficulti, dummodo illud, quod ad meam promissionem attinet, p̄cipue teneatur, quod de hac me malle dixi audiēre meliores. Fundamentum Christ⁹ est in structura architecti sapientis, hoc expositione non indiget. Aperte enim dictum est, Fundamentū enim aliud nemo potest ponere p̄ter id quod possum est, quod est Christus Iesus. Si autem Christus,

proculdubio fides Christi. Per fidem quippe habitat D Christus in cordibus nostris, sicut idem Apostolus dicit. Porro fides Christi illa v̄tique, quam definitus Apostolus, quæ per dilectionem operatur. Non e Ephes. 3 min fides illa dæmonum, cum & ipsi credant & contremiscant, & filium dei confiteantur Iesum, potest accipi in fundamento. Quare nū quia non est fides quæ operatur per dilectionem, sed quæ exprimitur per timorem. Fides itaque Christi, fides gratiae Christianæ: id est ea fides quæ per dilectionem operatur, posita in fundamento, neminem perire permettit. Sed quid sit ædificare super hoc fundatum, aurum, argentinum, lapides preciosos, & ligna, fœnum, stipulam: si subtilius disserere coner, vereor ne ad intelligendum difficilior sit ipsa exppositio. Enītā tamen quantum dominus adiutat, & breviter & quantum potero dilucide expedire quod sentio. Ecce ille qui quæsūit à magistro bono quid boni faceret, vt haberet vitam æternam, & audiuit, si ad Math. 19. vitam venire vellet, seruanda sibi esse mandata. Et Mar. 10. cum quæreret, Q uæ mandata? dictum est ei, Non Luc. 18. occides, Non inœchaberis, Non furtum facies, Nō falsum testimonium dices, Honora patrem tuum & matrem tuam, &, Diliges proximum tuum tanquam teipsum, vt hæc faciens, fides Christi teneret: & pro E culdubio fides, quæ per dilectionem operatur. Neque enim diligenter proximum tanquam seipsum, nisi recepta dilectione dei, sine qua non diligenter seipsum. Porro si faceret etiam quod dominus addidit, dicens. S ivis perfectus es, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni sequere me: ædificaret super illud fundatum, aurum, argentinum, lapides preciosos: non enim cogitaret nisi quæ sunt dei, quomodo placet deo: & ha cogitationes sunt, quantum existimo, aurum, argentinum, lapides preciosos. Porro si circa diutias suas, quodam carnali teneretur affectu, quanvis ex eis multas elemolynas faceret, nec ad eas augendas fraudis aliquid rapinæq; moliretur aut earum minuendarum vel amittendarum metu in aliquod facinus flagitiūmve laberetur, alioquin iam si isto modo ab illius fundamenti stabilitate subtraheret: sed propter carnalem, vt dixi, quem in eis habebat affectum, talibus bonis sine dolore carere non posset, ædificaret super fundatum illud fœnum, ligna, stipulam: maxime si & vxorem sic habet, vt etiam propter ipsam cogitaret ea quæ sunt mundi, quomodo placet vxori. Hæc igitur quoniam affectu dilecta carnali, non sine dolore amittuntur, propterea qui sic ea habent, cum habeant in fundamento fidem quæ per dilectionem operatur, neque huic ista villa ratione vel cupiditate præponant, in eorum amissione passi detrimentum, per ignem quandam doloris peruenient ad salutem. A quo dolore atque detrimento tanto est quisque securior, quanto ea vel minus amauerit, vel tanquam non habens habuerit. Qui verò propter illa vel tenenda vel adipiscenda homicidium, adulterium, fornicationem, idolatriam, & similia quæque committerit, non propter fundamentum per ignem saluabitur, sed amissio fundamento æterno igne torquebitur. Quamobrem & illud quod dicunt veluti probare cipientes, quantum valeat sola fides, vbi Apostolus dicit. Q uod si infidelis discedit, discedat: non est enim seruituti subiectus frater vel soror in huic modi: id est, vt ppter fidē Christi etiā ipsavxoris legitima societate cōiuncta, fineilla culpa relinquat, si cū viro Christiano ppter hoc quod Christian⁹ est, p̄manere noluerit: nō attendit eo modo illā rectissime dimitti, si viro suo dicat, Nō ero vxor tua, nisi mihi de latrociniō diutinas cogeras, aut nisi solita latrociniā, q; nostra domum trāsigebas, etiam Christianus exerceas: aut si quid aliud